Quæstio Quodlibetaria agitanda In Scholis Medicorum die Jovis 8ª novembris.

Ludovico Cochinæo Moderatore.

An Arthritidi præcavendæ, vel curandæ Evacuantia?

Partium principum sedes ad obeundas functiones mutuo juvantium proba constitutio sanitatem, mala vero morbum facit. Hic nusquam numerosior & frequentior quam corporis universitate earum partium contraria temperamenta nanciscuntur, & illinc non minor excrementorum proveniunt, quam si intemperata sit tentantur. Excrementa autem nisi maturè, & per locas consentanea propellantur, ipsa principia obruunt, aut reliquas partes impetunt, quæ dum nativa sua imbecillitate fluxionem suscipiunt, reliquum corpus ab injuriis asserunt. Quo fit ut quibus licet debilior sit minus gravedine laborent, & qui articulorum morbo vexantur, à reliquis morbis sint securiores.

Horum dolorem Arthritidem nominant, in qua partes nervis & tendinibus circumstantes inflammatione tentantur ab humore quovis, sed magis pituitoso, qui à capite non semper sed à visceribus provenit, tanto crebrior & longior quanto ipsorum maior infirmitas & fluxio: secundas quidem, sed magis tertias portiones vitio descendens senibus perquam familiaris, ac mulieres rarius quam viros defendens, sed tamen cum semel invaserit pertinaciores habet. Convalescentes incautos opprimit vere quidem pluribus locis, sed autumno sæpius exacerbatur.

Articulorum ut multas differentias sunt, sic doloris articularis, hinc podagra, ischias, chiragra, & quæ est in cubito, humero & aliis: ab alterutro quidem semper pede incipit, cui roborando dum studetur alterum petit, coxam & manum infestat, nisi mora pauca, aut in alterius genuis partem recurrat. Hinc sedato articulorum dolore colicus dolor exsurgit. Podagra frequentissima, chiragra rara & brevis, sed calore molestior, ischias omnium vehementissima, & longissima luxatione & claudicatione sæpe parvus, nisi à sanguine facta statim secta vena curetur.

Dolores articulorum venere, satietate vini potissimum, quod cibus non prævertit, solemnisque evacuationis suppressione præcipuè moventur. Hinc pueri ante venereis usum, mulieres podagra non laborant nisi menstrua defecerint. À seminis quo cum moribus corporisque vitia in liberos abeunt, si quidem fomitem habuerint, præcautione non arcentur, et à lue venerea orti æque, aut nunquam curantur. Pares si occaluerint nunquam molliuntur. At quod incauta victus ratio in eo mali præcipitavit, sedula evacuatio, modico cibo, aqua, veneris fuga præservantur.

Præsens cura maiore eget, horum fluxus avertendus venas sectione in opposita, cucurbitulis, vomitu, provocatis urinis, vacuandum eius cathartico sæpius iterato, citatis menstruis, hæmorrhoidibus, intercipiendusque; partis per quam fluit astrictione, ischiadem clysteres arcent magis solum, quam per os sumpta medicamenta. Contentus in parte (quæ si tumescat bonum) primum repercutiendus admotis frigidis præsertimque in coxa. Dolor anodynis, narcoticis plerumque sedandus: at illis & diaphoreticis metuenda nodi generatio, hac instante resolvendo molliendum est. Fotus resolvens astrictionis partim declinante malo: quod si abscedat cauterium, balnea naturalia, & corporum humidiorum hydrotica prosunt, non neglecta fluxionis scaturiginis & articulorum robore.

Ergo Arthritidi præcavendæ vel curandæ Evacuantia.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE

Ponebat Jacobus Marandus Lutetianus. 1671.

Domini doctores disputaturi.

M. Robertus Crohon. M. Emericus Arragon. M. Ludovicus Duretus Pr. reg.
M. Henricus de monanthëuil. M. Lazarus Thenot M. Petrus Laffilé.
M. Antonius Duval. M. Martinus Girard. M. franciscus Brigard Med. reg.